

pergit. Surgens venit ad patrem; sic & nos faciamus, ne pigeat nos longitudinis via, quia si voluerimus sic regressus celer, & facilis. Perpende textum. Dixit ipse Surgam & ibo ad Patrem meum, &c. Et surgens venit ad patrem. Adolescens fame penè enectus erat, vt nec ad filiquas accipien- das se mouere posset, vbi tamen ipse cepit ire, inicitauit viam vt veniret ad patrem, ipsa virtus sic aucta est, vt totam viam posset conficere, ac perficere, inchoatio enim viæ ad salutem corroborat infirmitatem; difficultates tollit, vt omnia difficilia complanentur, fiet regressus celer, & facilis. Eunti enim ad Deum omnia sunt superatu facilia, ac expedita. Pulchrè Garricus Abbas ferm. 1. de Resurrect. Nos tamen fratres mei, licet non simus tante nobis puritatis conscij, eamus nihilominus, eamus videre Iesum, in montem Galilææ ca- lesis, vbi constituit nobis. Eundo crescet affectus, & salutem perueniendo perficietur. Eundo via prius arcta, & difficilis dilatatur, & virtus infirmis au- getur.

Si viam sa-
ntis inci-
pias, vires
augentur.
Garricus.

85.
August.

Desiderium
Eucharistia
facit homines
ascendere in
caelum.

Paschas.

86.

Apocal. 21.

Sanguis Chri-
sti dat alio
in calum.

Machar.

87.

Marc. 16.

Barradas.

Ex Divino
epulo ascen-
ditur in ca-
lum.

Richard.

Tertio. D. Augustin. in Psalm. 138. ait. Sur- gam dicit, sederat enim, sed in egestate. Surrexit in desiderio panis tui. Præ fame sedebat miser Pro- digus, tamen cum odore percepit cælestis pan- nis, dixerat enim, quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus. Et ipso odore Diuini con- iuij sic corroboratus, vt è terra surgeret, & viam arctam, ac arduam in cælestem domum patris sui facillime, ac prompte perageret. Surrexit in desi- derio panis. Et inde statim sequitur, venit in do- mum patris sui. Vnde ait D. Paschas. lib. de Euch. cap. 10. Tali epulo refecti, ad altiora in fortitudine transcamus.

Ostenditur Iohanni ciuitas sancta Ierusalem. Ec- ce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et descripta felicitate cælestis patriæ. Mors ultra non erit; & deinde: Ecce noua facio omnia. Subditur. Ego scienti dabo de fonte aquæ viue. Apocal. 21. num. 6. Ait Arethas. Fons iste vite non est alius, quam Christus. Aqua huius fontis scaturiens est pretiosissimus eius sanguis. Cur ostensa beatitudine, eam scienti, seu desideranti, nihil aliud ei promittitur, nisi sanguis Christi? Tanquam efficacissimum medium præ cæteris, vt ad cælum efferamur, qui nobis animum corroborat, vites dat, alas ingerit, vt ad æternam pa- triam euolemus? D. Machar. homil. 47. Chri- stus, ait, immolatus est, & sanguis eius nos asper- gens, fecit, vt nascerentur nobis alas ad volandum sine vilo impedimento in aerem diuinum.

Ascensionem Domini scribens D. Marcus cap. 16. num. 14. ait. Recumbentibus undecim discipu- lis apparuit illis Iesus. Cum recumberent Apostoli pro more illius temporis simul prandebant, vt notant Barradas, ac alij, & cum Christo eis ap- paruit, simul cum illis recubuit, & comedit; pe- racto verò prandio. Assumptus est in caelum. Cur ptius comedit, & postea in caelum ascendit. In illo epulo liceat Eucharisticus cibus contemplari, vt vniuersis daretur documentum, quod si corda hoc viuo pane replentur, statim in superiora euo- lant, ac ad cælos impelluntur. Richardus lib. 1. de Emmanuele cap. 16. Attende quid dicitur, ait, quomodo ibi legitur: Et cõsuscens præcepit eis ab Hie- rosolymis ne descenderent, & paucis interiectis ad- ditur. Videntibus illis eleuatus est. Ecce quia comedit, & ascendit. Expende vltima verba.

QVÆSTIO XII.

Quare Prodigus solum verba meditatatur, & non potius aliquid pro pœnitentia austerum, vel oscula prouolutus ad pedes Pa- tris?

IN limine huius quæstionis norandum est, quod Prodigus tantum ait. Surgam, ibo ad patrem meum. Nullumque verbum de eo inqui- rendo facit, vt sponsa, quæ dicebat. Cant. 3. n. 1. Surgam, & circuibō ciuitatem: per vios, & pla- teas quæram quem diligit anima mea. Ecce sponsa multum sollicita est, transiens de loco ad locum, vt suum dilectum quærat; at verò Prodigus nul- lam habet huiusmodi sollicitudinem, sed tantum immediate, ac recta via se promittit ire, & in- trare ad Patrem. Cur illa tanta sollicitudine fatiga- tur, hic verò nulla? Prodigus ibat ad Patrem cum lachrymis pro impetranda venia, ac flectenda eius ira, cuius misericordia facilis, & in promptu est. Sponsa verò tota ad obtinendas delicias fere- batur, quæ solum post longam inquisitionem, ac laborem dantur, & communicantur. Gillibertus Abbas ferm. 3. in Cantic. Surgam, inquit, & va- dam ad Patrem meum. Iste de inquirendo nihil mo- uetur patre, tantum de flectendo sollicitus. Quæ spon- sa est certa, de gratia postulat presentiam tantum. Surgam, inquit, & circuibō ciuitatem, & quæram, quem diligit anima mea, inuentionem sufficere repu- rans. Nota sequentia verba. Vide, si non in præ- senti hæc possit obseruari distinctio: quoniam patris ex- posita est, & parata cunctis indulgentia; delicia ve- ro fugaces, & reconditæ, & latibulis gaudentes. Ideo ille dicit: surgam, vt vadam. Illa verò surgam, & quæram.

Ad nostram quæstionem ait Prodigus, Surgam ibo ad patrem meum, dicam ei: Pater peccauit in ca- lum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Cur verbis tantum contentus est? Cur non ait; ibo ad patrem meum, flagellis percutiar, ie- iuniis conficiar, sub sacco, & cilicio macerabor, & ad pedes patris mei prouolutus oscula figens veniam deprecabor? Sed tantum de verbis curat, dicam ei: Pater peccauit?

Respondeo primò. D. Nyssenus in Catena. Confessionis meditatio placauit ei Patrem. Solum confessionis verba cogitat, qua certissimè confi- debat patrem placandum fore, vt eum non tan- quam iudicem, sed vt amantissimum patrem omni- ita deposita, cum gratia, ac beneuolentia inueni- ret. Dixit Dauid Angelo percutienti, 2. Reg. 24. num. 27. Ego sum qui peccauit, inique egi, isti qui oues sunt, quid fecerunt? D. Chryostom. homil. 29. in Epistol. ad Rom. Ita, ait, iram Dei sistit, ita sententiam diuinam reuocauit; tantum scilicet valet confessio. Confiteatur, peccauit, statim iram placat.

Secundò. Gillibertus Abbas ferm. 3. in Cantic. componit verba huius iuuenis: Surgam, & ibo ad patrem meum. Dicam ei Pater peccauit in caelum, & coram te: cum illis sponsa, Cantic. 3. num. 2. Sur- gam, & circuibō ciuitatem, quæram quem diligit anima mea; & postea: Inueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam. Tunc sic ait Gilli- bertus. Surgam, & vadam ad patrem meum. Iste de quærendo nihil mouetur patre, tantum de flectendo sollicitus. Quæ sponsa est certa de gratia postulat præ- sentiam.

88.

Cur Prodi-
gus non est
sollicitus ad
quærendum,
vt sponsa.
Cantic. 3.

Indulgentia
petentibus
prompta, non
sic verò fa-
uores.

Gillibertus.

89.

90.
Nyssen.
Confessio pec-
catorum iram
Dei placat.

2. Reg. 24.

Chryost.

91.

Gillibertus.
Cantic. 3.

sentiam. Surgam, inquit, & circuibō ciuitatem, & quæram quem diligit anima mea, inuentionem suffi- cere reputans. Prodigus nihil cogitat de quæren- do patre, nihil de amplexibus, osculis, ac vt ma- nibus ipsum teneat ad eius præsentiam fruendam: sed tantum secum mente euoluit dolorem, lachry- mas, ac gemitus, Pater peccauit. At verò sponsa nihil de fletu meminit, sed tantum ad dilecti præ- sentiam tota mente fertur, inde ipsum quærit, & inuentum manibus tenet, ac non vult dimittere: Adolescens cum bene agnosceret conscientiam suam delictis fœdatam, peccata tantum sua habet ante oculos, illaque lachrymosa confessione ab- stergere conatur; indeque pro tunc à quærendis delitiis abstinet. At verò sponsa cum esset in gra- tia, & charitate, non de lachrymis, sed de delitiis recordatur, vt cum præsentia sui sponsi iucunde- tur, ac delectetur. Quæ sponsa est certa de gratia postulat presentiam. Peccator cum pœnitentia quærit veniam, iustus cum charitate ad delicias fertur.

Peccator
quærat ve-
niam, iustus
delicias.

92.
Bostrenf.

Multa puri-
tati necessa-
ria, vt caro
Christi tan-
gatur.

93.
Ephrem.

Peccatori re-
center con-
uerso facilis
pœnitentia
imponenda.

94.

4. Reg. 5.

imponit aliquod cataplasma, vt Isaias iussit applicare regi Ezechie? Isai. 38. num. 21. Rabba- nus, ait, quod per Naaman significabatur. Ve- niens Gentilis populus ad domum Elisei sanctam, sci- licet Ecclesiam, vt se in Iordane septies lauaret, ve- natus ex aqua, & spiritu. Iordanis baptisma signi- ficat, quia in eo nobis saluator baptismum consecrauit. Quod etiam docent Glossa, D. Ambros. lib. 1. de lactam. cap. 5. lib. 2. de pœnitentia cap. 2. lib. 4. in cap. 4. Luc. Cum Naaman recenter conuersus ve- niret ex delitiis, ac vitis Gentilitatis, vt recipe- ret diuinam spiritus sancti gratiam non applicat ei Propheta medicinam rigidam, & austeram, sed remedium lenè, ac suaue, quod potius recrearet, quam pungeret, ne rigore eum deterreret, sed po- tius dulcedine inescaret ad fidem.

Isai. 38.
Rabban.

Glossa.
Ambros.

Denno adue-
nienti non ri-
gi da, sed sua-
uia medicina
applicanda.

QVÆSTIO XIII.

Quare Prodigus non inter filios, sed inter mercenarios postulat computari?

PRIMAM, & literalem rationem iam di- xi in expositione; postulat enim Prodigus inter infimos fideles, ac publicos pœnitentes com- putari, quod etiam humilitati illius rectè adscri- bit Titus Bostrenf. Obsecro Domine, ait, ne me rursus ex aula tua proseribas, ne forsitan inimicus ob- errantem deprehendat. Neque tamen, vt mystica, tremendaq, mensa tua me adiungas, peto: quando- quidem eo animo sum, vt sancta illa sanctorum ne ca- spicere quidem prophæta oculis audeam. Prodigus præ pudore suæ conscientie, quam bene multo- rum criminum ream agnosceret, non postulat mensam filiorum. Neque vt mystica, tremendaq, mensa tua me adiungas, peto. Ad illam enim sum- mam munditiam, ac puritatem requiri satis no- tum erat, & cum ad illam non audeat appropin- quare mercenariorum conditionem exoptat, qui cum Domino in mensa non recumbunt.

95.

Bostrenf.

Ad mensam
Dei solum
mundum ad-
mittitur, &
non impure.

96.

Chrysol.

Luxuria de-
perditur ho-
nor filij Dei.
Isai. 1.

Zeno.

Secundò. D. Chrysol. ferm. 2. Nonine Pro- digi loquens ait; Ego perdidit, quod erat filij; filius erat, & tamen non se filium nominat, sed inter mercenarios vult computari, vt se lasciuie man- cipauit, nomen pietatis, quod filij importabat, perdidit. Ait Isaias cap. 1. num. 2. Audite cali, & auribus percipe terra: quoniam Dominus locutus est: filios exaltati, & enutriti: ipsi autem spreuerunt me. Vnde tanta inuerecundia filius, vt amantissi- mum Patrem contempserint, nisi à luxuria, ob- quam filiorum nomen amiserunt? D. Zeno lib. 3. ferm. 35. Deus Iudaicum populum, ait, luxuria astu exuberante corruptum publica increpatione con- sultat. Calum, terramq, testes citat, vt exaggeret crimen: filios appellat, vt abdicatos, exaltatos, vt ruina timeatur; spretores sui, vt impios monstret. Cum Iudæi essent filij à Deo enutriti, & exaltati, tamen postea fuerunt filij addicati, assignatur causa. Deus Iudaicum populum luxurie astu ex- uberante corruptum publica increpatione consultat. Cum luxuria essent exuberantes, statim à condi- tione, ac nomine filiorum Dei deiiciuntur.

Tertio. Gillibertus Abbas ferm. 3. in Cantic. Prudenter, ait, surgam iturus ad eum: qui in calis est, Patrem. Sed nimis exilem, & macilentam spem reposuerat in sinu suo, mercenariam conditionem Pa- trem rogaturus. Modeste quidem pro meritis; sed de paterna miserationis copia humiliter nimis, & iniuriose

97.
Gillibertus.

inimicis sentiens, & vere famelicus dans in hoc animi indicium, & inedia confecti. Non enim poterat ieiunare, & macram spem ad maiora porrigere. Prodigus fame tabescens. Ego hic fame pereo, quanti mercenarij in domo patris mei. Amantissimi patris recordatur: delicta in eum commissa deflet, & adhuc miseria, ac fames eum tenet: fame pereo. Deinde in se reuersus ait, surgam, ibo ad patrem meum. Et adhuc miseria eum premit, & indulgentia concessa à patre non auditur. Deinde suum propositum exprimit, dicam: Pater peccavi in celum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Nec tunc commiseratio patris impensa legitur; quomodo sic detinetur, cum in quacumque hora ingenuerit peccator, Dominus exaudit ad remissionem condonandam? Petebat ille; modeste quidem pro meritis, sed de paterna miserationis copia humiliter nimis, & iniuriose sentiens. Cum adulescens esset tam exiguus, & parvus in petendo, vt solum mercenariam conditionem à magno parente requireret, inde quodammodo illius auxilium retardabatur, à magno Domino magna petenda sunt, quia vt ait D. Paschal. lib. 6. in Marth. Cum magnus sit magna gaudet dare. Pro quo rectè ait Theodericus lib. 2. Epist. 30. Clementia non habet legem: nec debet sub angustijs terminis benigna sequi.

A Deo non parua sed magna petenda sunt.

Paschal.

Theoderic.

98. Gillibert.

Quarto. Nota vltima verba citati Gillibert. Vere famelicus dans in hoc animi indicium, & inedia confecti: Non enim poterat ieiunare, & macram spem ad maiora porrigere? Vere filius patris erat iste adulescens, optime etiam sui patris clementiam agnoscebat, quæ vno gemitu, ac dolore statim flebitur, & tamen non postulat suam filij ingentiam conditionem, sed solum mercenarium fieri. Sic inedia, fames, ac labor animum eius depresso, ac debilitauerat, vt nihil magnum, ac excellens aspiraret, sed solum vile, ac abiectum intenderet, & cogitaret. Non enim poterat ieiunare, & macram spem ad maiora porrigere. Cum sub tyrannide Pharaonis essent Hebraei in Ægypto, à regijs ministris non dabatur eis cibus, nec paleæ ad lateres conficiendos. Conueniunt ipsi ad Pharaonem, & dicunt ei. Paleæ non dantur nobis. Exod. 5. num. 16. Cur solum paleas petunt, non verò cibum, vel requiem tanta tyrannide Pharaonis? Ita enervatus erat animus Hebræorum, vt non aliquid nobile in mente haberet, sed tantum humile, & abiectum cogitaret.

Labores frangunt animi, ne magna cogitet.

Exod. 5.

99. Beda.

Quinto. Beda. In se reuersus, ait, etiam mercenarij statum, de mercede iam cogitans, corrupiscit. Prodigus constitutus in regione longinqua à domo patris sui, cum ipse dissipasset substantiam suam, idest animam suam, adhasit vni ciuium, idest demoni, vt potcos pasceret, nullo tamen mercedis fœdere, nulloque pretio cogitato, ac verò vbi paterna domus ei in mentem venit, statim mercedem meditatur, sed tantummodo cum ad domum patris venire disponit? Quando quis seruit demoni, ad mundo mercede vacuus est, & solum suæ naturæ, ac substantiæ dispendium, ac perditionem vendicat; In domo autem Dei cumulata est merces, qua quilibet locupletatur, ac impingatur, hic in demonis obsequio merces fugit à mente, quæ in Dei famulatu statim in illum venit. Psalm. 75. num. 6. Dormierunt somnum

Non in mundo, sed solum in domo Dei est merces.

Psalm. 75.

sum, & nihil inuenerunt omnes vti diuitiarum in manibus suis. D. Augustin. ibi, Dormierunt, ait, in cupiditatibus suis, & nihil inuenerunt in manibus suis, quia nihil posuerunt in manus Christi: Vt aliquid inuenire in manibus tuis? Noli contemnere modo manum pauperis, & respice manus inanes, si vis habere manus plenas. In cupiditatibus non inuenitur merces, sed solum in manibus pauperum, ac Dei mandatis.

August.

Sexto. Ait adulescens; fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Filius est, & tamen non postulat, vt in domo patris sui, ei liceat otari, vel delitijs indulgere, sed vt mercenariorum, operariorumque more ei concedatur fortiter insudare, laboriosisque operibus iucumbere, vt illis maxime patri placeat, ad honorémque filij eius pertineat. Afferte Domino filij Dei. Psalm. 28. num. 1. filij communiter à patre dona recipiunt, cur mandat hic, vt filij afferant dona, filios scilicet arietum ad holocausta, & sacrificia? Non dicuntur filij tantum, sed filij Dei, in hoc enim quis ostenditur, ac comprobatur Dei filius, quod manus non habeat vacuas, sed plenas, & onustas operibus ad Dei obsequium, & libamen. D. Chrysol. ferm. 10. Videtur, ait, quia celestis pater sentit amorem donis, datus affectum. Et reuera fratres filium se esse nescit, qui auctorem vita sua non obsequijs placeat, sed deuincit cultu, muneribus non honorat.

100. Dei filius non vacuus, sed plenus operibus apparet

Psalm. 28.

Chrysol.

Septimo. Non ait Adulescens. Pater volo fieri vnus ex mercenarijs tuis, sed ait: fac me vnum ex mercenarijs tuis. Si ipse se fieret, quid patrum, & inutile esset, ac verò si à Patre fieret, à quo est omne datum optimum, & donum perfectum, sine dubio in magnam, & excellentem rem prodiret. Ingenuus adulescens etiam in sui submissione generositatis fulgur scintillat, & cum se maxime deficiat, ibi animi magnitudinem latenter declarat. Cum Iacob benediceret Iudam illustrissimæ tribus parentem ait ei: Catulus leonis Iuda: requiescens accubisti vt leo. Genes. 49. num. 8. Leo appellatur ob regiam dignitatem, fortitudinem, ac generositatem, qua inter ceteras tribus primum habitum, vt communiter Interpretes exponunt. Illud tamen est valde difficile cur additur. Requiescens accubisti vt leo? Pro quo varia sunt Auctorum commentaria; pro nunc verò maxime est expendenda interpretatio Caietani, qui ait. Iuxta Hebraum habetur: genuflexit sicut leo. Seu, vt legit Pagninus. Incuruauit se sicut leo. Decantat propheta splendidissima Iudæ elogia, atque de eo, quod genuflexit, & incuruauit se sicut leo; quid in hoc sanctus senex vult denotare, ac significare? Quod quando Iudas reuerentiæ, ac honoris causa alicui submissionem præstabit. Genuflexit, seu incuruabit se vt leo, non sicut canis blandiendo, neque sicut simia adulando, vel vt ouis remisse procumbendo, sed cum excellentiorem venerati oportet; Genuflexit sicut leo. In ipso obsequio persoluendo, in submissione præstanda regalem animi generositatem declarat, & demonstrat.

101.

Ingenuus in submissione generosus; Genes. 49.

Caietan.

Pagnin.

Luc. 15. n. 20. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & occurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum.

Num. 21.

Num. 21. Dixitque ei filius: Pater peccaui in celum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.

103.

VERSIONES.

Syriacus. Quumque adhuc longè abesset, vidit eum pater ipsius, & misertus est eius, & accurrens incidit in collum eius.

Euthym.

Psalm. 10.

August.

Chrysol.

Græcus. Vidit illum pater ipsius, & intimis visceribus commotus est.

Arabicus. Festinauit, & accurrens complexus est illum

Euth. Theophyl. Et accurrens ruit in collum eius.

Vatablus. Se coniecit in collum eius.

Syriacus n. 21. Pater mi peccaui in celum.

Vatabl. Euth. Neque posthac sum dignus, qui vocer filius tuus.

Rupert.

Memoria pulvis magnum medicamentum.

104.

Chrysol.

August.

Qui se dicit indignum, probat dignum.

EXPOSITIO VI.

102.

Ambros.

Bostrenf.

Proposito adiungitur opus.

Syriac.

Bonauent.

Carthuf.

Hugo.

Psalm. 118.

Bostrenf.

Græcus.

Chrysol.

Misericordia aliquis liter vices immensitatis agit.

Ex oculorum visu mouetur cor.



*S*urgens venit ad patrem. Cœpit enim proficisci, vt ait D. Ambrosius in comment. Hac apud se dicit, sed non satis est dicere, nisi ad patrem venias. Titus Bostrenf. Bono voluntatis proposito adiunxit opus. Deceuit venire ad patrem, & venit; deceuit non inficiari, sed confiteri peccata, sic præstitit; deceuit dicere se indignum, & hoc adimpleuit. Surgens venit. Nec moram traxit, nec consultationem fecit; in his enim quæ ad obsequium Dei spectant, nec imorandum, nec consultandum est. Cum autem adhuc longè esset. Seu vt legit Syriacus: Cum adhuc longè abesset. Id est priusquam penitentiam animo concepim, opere adimpleret. Cum adhuc longè esset, explicat D. Bonauent. Carthusianus, Hugo. In regione peccati. Longè à peccatoribus salus, Psalm. 118. num. 155. Vidit illum pater ipsius. Ex altissima sua domo, ex qua à longè prospicere poterat, & ob amoris vim prius pater vidit filium, quam videretur ab illo. In quo notatur Dei clementia ad condonanda peccata. Quia Deus, ait Titus Bostrenf. hominis penitentiam sua misericordia, & benignitate solet anteuertere. Sequitur textus: Et misericordia motus. Videns pater redeuntem squalidum, nudum, ac macie confectum intimis visceribus, vt habet Græcus. Eleganter Diuus Chrysologus ferm. 3. Pater misericordia motus, ait, mouetur misericordia, qui loco non potest moueri. Deus sua immensitate omnem locum occupat, ad nullumque locum se ipse potest conferre, in quo ipse non sit, misericordia ergo aliquo modo vices immensitatis obtineat, & motum, quem immensitas non potest præstare, affectu peragat misericordia, vt qui immensitatis gressibus non mouetur, misericordia gressibus moueatur. Misericordia motus. Bonus pater bene sciebat squalorem, ac famem filij, tamen non dicitur misericordia motus, nisi quando eum vidit, ex visu oculorum maxime corda commiseratione commouentur.

Sylueira in Euang. Tom. IV.

Et occurrens. Non expectauit paterna charitas filij verba, sed progreditur; nescit tarda molimina amor. Euthymius: Pra nimio gaudio, ait, non expectauit, vt ille adesset, sed prior occurrit, neque id utcumque, sed accurrens, vt appareat amoris vehementia. Ex quo habemus, quod Deus præsto est volentibus ad se venire, habentibusque animum vitam mutandi. Desiderium pauperum exaudivit Dominus, preparationem cordis eorum audivit auris tua, Psalm. 10. num. 17. Cecidit supra collum eius. Vt à se alienum, non expectat audire preces eius, sed statim ruit in collum eius, amplexibus declarans in gratiam suam eius penitentiam recipere. D. August. lib. 2. quæst. Euangel. quæst. 33. Cadere super collum est humiliari in amplexum, humiliavit se pater, vt iacentem erigeret. D. Chrysol. Cecidit supra collum eius, ait, non lapsu viscerum, sed compassionis. Vt erigeret sic iacentem cecidit supra collum eius. Vt amoris onere, onus tolleret peccatorum. Viso filio sic amor creuit, vt veluti pondere suo caderet supra collum filij. Rupert. lib. 8. de Spiritu sancto. cap. 10. Cecidit, ait, supra collum eius, & pondere suo confregit ceruicem cordis eius, vt fixis oculis terram aspiciat, commemorans sibi met, quia pulvis es, & in puluerem reuerteris. Cadit pater super collum filij, vt illius ceruicem inclinaret ad terram, eamque aspiceret, in quam rediturus erat, vt inde hauriret pharmacum ad omnem sui morbum. Et osculatus est eum. In signum pacis, & reconciliationis.

103.

Euthym.

Psalm. 10.

August.

Chrysol.

Rupert.

Memoria pulvis magnum medicamentum.

104.

Chrysol.

August.

Qui se dicit indignum, probat dignum.

QVÆSTIO XIV.

Quare Pastor requirit ouem, non verò bonus Pater filium perditum?

*D*IFFICULTAS est, cur pater non requirit filium suum, sicut pastor requisit ouem, eamque inuentam suis portat humeris ad gregem, Luc. 15. num. 5. Quod dubium proponit, & soluit D. Ambrosius lib. 7. in Lucam: Ouis à pastore lapsa reuocatur, ad patrem filij suis vestigij redit. Respondet ad quæstionem: Malo ego filium esse, quam ouis. Ouis enim à pastore reperitur, à patre filij honoratur. Ouis etsi reperitur, ac pastoris humeris portatur, ab eius tamen oculis arceretur tanquam indigna videri dorso ab oculis separata fertur. At filius etsi non requiratur, tamen patris complexu tenetur, ac eius præsentia fruatur; plus autem ditatur filius patris oculis, quam ouis pa-

105.

Luc. 15. Ambros.

Magna gloria, & honor à Dei conspectu.

VV

storia